

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus z
cum fonte primo

Dignus plane est morte qui
tibi, Christe, recusat uiuere et
mortuus est, et qui tibi non sapit desipit,
et qui curat esse nisi propter te pro
nichilo est et nichil est.

Propter teipsum Deus fecisti omnia
et qui esse uult sibi et non tibi, nichil
esse incipit inter omnia.

Bernardus super Cantica.

Dignus plane est morte, qui
tibi, Domine Iesu, recusat vivere, et
mortuus est; et qui tibi non sapit, desipit,
et qui curat esse nisi propter te, pro
nichilo est et nihil est.

Denique quid est homo, nisi quia tu
innotuisti ei?

Propter teipsum, Deus, fecisti omnia,
et qui esse uult sibi, et non tibi, nihil
esse inter omnia incipit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 20, 1 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.114, ll.9-13).